



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Rhethor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

A do grege perpetuis fordibus volutantur. Has volucres Abraham frumenta depascentes abegisse dicitur, unde nomen meruit Abactoris: nimirum indicaturus futurum, ut is Afer toris, liberatorisq; nomen assequeretur, qui pravorum hominum collegia summo veret, qui impios tolleret, qui de facris literis, quæ animorum pastus sunt, male sentientes opprimeret. Ita Samson, ut Hieronymus quintis supra vigesimis castris Hebræorum ait, à fructibus suis aves abegit, Vulpes, quæ vineas ex-terminabant, in vincula compegit, interfectoque Leone illo rugiente, in ejus mox cadaveris ore fa- vum mellis invenit.

IGNOMINIOSA REPULSA. CAP. XXXI.

PER hominem Corvis objectum, destinatumve, aut quid aliud ita expositum, id hieroglyphico manifesto intelligimus, quod ignominiose repulsum fuerit, è conspectuque summotum. Et quoniam damone malo nihil magis abominabile, nihil contemptius, neque abjectius, Eucherius monet eum ipsum in Divinis literis per Corvum intelligi, eo apud Salomonem loco: *Effodiant eum Corvi de torrente*, atque hinc proverbium apud Græcos Comicos usitatissimum, *ἐκ νόθου*. Sed erudite atque copiose alii de proverbio. In iisdem Divinis literis Psalm. XXVI. legitur apud Græcos, *ὡς δάκρυον ἕλκεται*, quod nonnulli ad hujusmodi proverbium trahunt, verbumque *δάκρυον ἕλκεται*; Suidæ agnunt dicunt, eo ipso Davidico citato versu: & ignominiosa repulsa mentione facta Latini simpliciter, *Ne repellas me*, reddidere. Sedenim Euthymius innuit posse id verbi ex metaphora scoriæ desumi: nam scoria spurcicia illa est, in omni metallo, quæ tanquam fax, nulli utilis operi proicitur, indeque fieri *δάκρυον ἕλκεται*, contemnere, & nomen *δάκρυον ἕλκεται*, contemp- tus.

RHETOR. CAP. XXXII.

SUMuntur etiam hieroglyphica de celebris alicujus viri nomine, veluti à Corace rhetore, qui post Hieronis obitu- tum primus Rhetoricam Syraculis docuit: propter cujus ce- lebritatem Metellus Diodorum rhetorem, quo Magistro usus fuerat, jam defunctum honoraturus, Corvum lapi- deum ejus sepulchro imposuit: quasi antiquissimo illi Co- raci similem indicare vellet. Caterum Cicero rem falsè de- torlit, cavillatus in Metellum, rectè eum fecisse, propterea quod discipulum non dicere, sed volare docuisset, incon- stantiam scilicet Metelli, qua male audiebat, eo scommate perstringens.



Aquo, Κακὸν κό- ρακος κα- κὸν ὄν. Mali corvi, malum ὄν. Idem de Protagora & Euabla. A Gell. lib. 5 cap. 10 Diodori se- pulcrum.

APOLLO. CAP. XXXIII.

Q UOD vero Corvus hieroglyphicum Apollinis habere- tur, nonnulli ea de causa factum existimant, qua Cape- Baccho, Sileno Asinus datur, & eadem ratione in antiphar- macum aliis alia. Inauspicatissimum, ajunt, animal, auspica- tissimo oraculorum auctori meruit immolari. Sedenim, aliud est hostia hac, vel illa Deo cuiquam facere, aliud specie sua Deum ipsum explicare: nam hoc modo dicimus anima- lium figuras esse hujus, vel illius hieroglyphica, quorum fi- gura posita Deus statim suus intelligatur. Igitur alii dicunt, propterea quod medijs æstivi temporis fervoribus, Solis beneficio fretus, pullos excludat suos, quod præter aliorum animalium naturam Corvo datum, peculiare aliquid sibi cum Sole intercedere significat. Inde legere est apud Petronium:



Corvus So- li dicitur.

Si contra rerum naturæ munera nota,
Corvus maturis frugibus ova refert.

Nn

Sedenim.